

CAPVT II.

De Cetis in specie.

ARTICVLVS I.

De Balaena.

TAB. XLI. Et haec de Cetis in genere sufficient, TAB. XLII. E in specie jam de iisdem agetur. Numerantur autem inter eos, *Balaena*, *Balaena vulgi*, *Physeter*, *Pristis*, *Orca*, *Delphinus*, *Phocaena*, *Scopendra*, *vitulus marinus*, et *Mannati Indorum*.

Vossius de Idol. l. 4. BALAENA, Graecis φαλαινα, vel πάρος τὸ βαλλεν, id est emittere, quod maris aquas per fistulas emittat, vel a φάλον quo vocabulo Graeci meatum in galeis militaribus, cui plumas inferebant, indigitant, vel a Chaldaeo בָּלָע, quod et devorare dicitur. Ingentis est magnitudinis. Visa in Indico mari, quaternum jugerum, seu nongentorum sexaginta pedum longitudine. Centum et quinquaginta cubitos obtinebat, quem Nearchus ejectum vidit. Describitur a Bellonio, Rondeletio, et Aldrovando. De suo scribit Bellonius, adipem ejus velut oleum non concrescere: pinnas habere utrinque unam et tertiam in dorso, qua totum corpus dirigit. Caudam lunatam, Corium nigrum, cui pinguedo pedis altitudine subsit, laridum quadragesimale appellant. Lingua eidem aliquot librarum pondo. Ante oculos praetenturae, seu tenues quaedam assulae, quatuor ulnas longae, ac sesquipedem latae, longissimis villis praeditae, quibus iter praetentat. Osse tam magna, ut postes ex iis fieri soleant. Rondeletius suae parvam linguam, et quae quatuor duntaxat vel quinque vas falsamentaria habeat, adscribit. Aliibi, penem se unius vidisse, qui a procerio homine humeris deportatus terram contingeret, scribit. In ejus quam Gesnerus describit ventriculo tria dolia crudorum piscitorum, inter quos salmo unius ulnae longitudine, inventa sunt. Pelle nigro undique tegebatur, nisi quod maculae duae candidae, utrinque supra medium oculi inciperent, et retro ten-

derent. Tota maxilla inferior erat candida, et pars quaedam sub ventre. Plura apud Gesnerum vide. Aldrovandi prior colore erat subcaeruleo, tota maculis nigricantibus consperfa, ventre candido. Altera, quam Bufalinam vocat, tota nigricabat. Capta erat An. M. D. LXXVII. in Scaldi decem ab Antverpia milliari bus monstrofa, quam Pareus descripsit. Longitudo ejus erat pedum octo et quinquaginta, altitudo sexdecim. Cauda quatuordecim pedes lata, ab oculo ad extremum rostrum intervallum sexdecim pedum, Maxilla inferior senum in singulis lateribus pedum erat, viginti quinque dentibus armata, qui totidem foraminibus in superiore dentibus omnino carente excavatis, recondi poterant. Tot dentium longissimus sex pollices non excedebat. Locus ipse procul a terra ubicunque degit. Plurimas Schonfeld. autem circa Islandiam, Gronlandiam, in Ichthyol. et vicina Septentrioni loca, a Biscainis, Anglis, Hollandis, circa aestivum in primis solstitium, quo tempore sinus recessusque maris pacatores quaerunt, capiuntur. In Taprobanae mari Thunnis insidiari, apud Aelianum legimus: in Gaditano Aelian. H. Oceano non ante brumam conspici: statis temporibus in quodam sinu placiido et capaci, mire gaudentes ibi parere, condi, Plinius prodidit. Vi. Plin. H. N. etus ipsis pisces, visus qui quadriginta asellos devoraverat, eosque Schonfeld. adhuc recentes, quos oculatus testis dissectos et sale conditos ad solem fuccavit. Sunt qui comedere masti cando negent: pisces deglutire integros, eosque minutos, quod interna gutturis membrana nil magnum ingredi sinat, dicunt. Quidam carne vesci negant, quod in captae visceribus praeter mucum et spumam nihil reperiatur. Pisciculum Lodel venatoribus dictum, si copiose voravit inobviatur quasi, et in furorem